



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Faces.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A propter silentium aptissima. Unde illud, plus olei, quam vini quosdam absumpsisse, qua de causa Poeta noctem *Ἐφελω*, à meditationis promptitudine vocitant. Epicharmi dictum est, si quid scitu dignum quæras, nocte meditandum: & ut semel dicam, nihil ad studia nocte commodius incongruum lucubrationis symbolum est lucerna, cum præcipue frequens Ægyptiorum mos fuerit, per instrumenta sapius eorum usum significare.

Plat. in Symposiacis. Deca. 7. Addit ad hæc apud Lacedæmonios fuisse *ὑμνοῦντες τὸν σὺλλογόν*, nocturnam conventum *ἄριστον*. Et Maro Georg. 3. Urlique videndo fixmina. En. lib. 4. Ibidem. Amor cum facibus & alis cur.

DE FACIBUS. CAP. XXI.

A ddemus lucernæ faces, utpote quæ in eundem cum lucerna veniant usum: nam & Cicero aliquid se ad ligneum lychnum non sine delectatione scripsisse profitetur.

AMOR. CAP. XXII.

Ægyptii sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, sub hoc tamen nomine mare ipsum accipientes, per ignem amorem exprimi voluerunt, ideoque faces passim Cupidini dedicarunt notum enim illud de amore captis, uri eos intimis medullis. Et apud Maronem: *Regina cæco carpitur igni*. Alibi: *Est mollis flamma medullas*. Atque eadem: *Uratur infelix Dido: Ardet amans Dido*. Cyrus apud Xenophontem, ignem ait urere homines, qui eum tangant: amorem vero non præsentem tantum, verum etiam longe absentes inflammare. Meritoque Porcius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem, cum ait: *Queritis ignem? ite huc: queritis? ignis homo est*. Vulgatum & Iliori dictum authoris Græci de amore loquētis, ea de causa cum facibus & alis amorem pingi solitum: quod nonnunquam cupiditate impatientius exurat, nonnunquam vero præ fatigatate abvolet. Nam & Propertius alas illi in hujusmodi usum, traditas arbitratur, ut ejus ostendat instabilitatem, dicens:

*Idem non frustra ventosus addidit alas,
Fecit & humano corde volare Deum.
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
Nostraque nos ullis permanet aura locis.*

Sed cum amorem firmissimam in se uno tantum posuisse sedem indicare velit, ita subjungit:

*Sed certe pennas perdidit ille suas.
Evolat is nostro quoniam de pectore nusquam,
Assiduusq; meo sanguine bella gerit.*

In Opera.

Sed quod ad faces pertinet, Hesiodus cum terram, aquam & aerem genitos posuisset, quarto loco amorem genitum subjecit, per quem interpretes hieroglyphice igneum elementum intelligunt.

AMOR MUTUUS. CAP. XXIII.

Dux faces vinculo confrixtæ divaricatæque, nimirum indicia sunt amoris mutui, quæ Græci *ἀντιθέα* dixerunt, uti *ἀντίθεον πολύφημον* Homerus. Finguntur vero hæ accensa parte sursum versus erecta.

AMATORES MORTUI. CAP. XXIV.

Quæ si pingantur inversæ, amatorum funera indicant, ut in Elegia, qua Tibulli mortem deflet, Naso legere est.

*Ecce puer Veneris fert everfamque pharetram,
Et fractos arcus, & sine luce faces.*

Sed rem Ægyptiacam, qua ratione quis evasisse de amoris ergastulis indicare possit, in Erycinæ Veneris templo sculptam, idem admonuit n. de Amoris remedio:

*Est prope Collinam templum venerabile portam
Imposuit templo nomina celsus Eryx.
Est illic lethæus amor, qui pectora sanat,
Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.
Illic & juvenes votis obliviosa poscunt,
Et si qua est duro capti a puella virro.*

Erycinæ vero Veneris templum non tantum loco hoc ad Erycis filii memoriam respicere videtur, quam